



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad  
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo  
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Amicos aliquid petentes, vt audierit. cap. 19.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10502**

stricti cognati rebus omnibus magis, quam alij continerentur; ne ceteris exemplo quidquam nocerent; imo potius prodescent. Agebatur quandoq; de episcopatu in prouincia Mediolanensi mandando cuidam eius affini: cuius doctrinam; alia forrasse nonnulla ad episcopatum gerendum necessaria cum desideraret; eū excludendum curauit. qua de re cum is, alijque coniuncti quererentur; libere causas apéruit, quibus eam rem ipse probare non posset; imo sibi iudicaret impediendam. Ioan. Iacobii Medicis cadauer, iussu Pij quarti eius fratris in eleganti, ac magnifico marmoreo sepulchro collocatum in ecclesia maiori Med. nihilo minus deponi, atq; sub terram coniisci iussit; licet exceptum monumentum, in decretis eo de genere scriptis intelligi posset. Cū adhuc auunculo viuente, per Ormanetum collo cutionis loca in monasterijs ad virginalis pudoris normam conformaret; in ipso monasterio in primis, ybi non soror eius tantū, sed etiam Pontificis ipsius forores erant, id effecit.

**Amicos alt**  
quid peten  
tes, vt au  
dierit  
**CAP. XIX.**

Amicorum gratiē tantum tribuit; ut omnes tamen intelligerent, nihil ab eo impetrari posse, nisi iustum, rectumque esset penitus; & suæ ecclesiæ institutis, atque utilitatibus; tum vero vniuersæ ecclesiastice disciplinæ consentaneum. s̄pē euénit, vt quæ alij leuiora putassent, vel principibus viris, Cardinalibusque ipsiis denegaret; quia ecclesiæ suæ disciplinam aliquo modo per ea lœdi, fructumve ex parte aliqua impediri cognoscebat: ynde maiora deinceps sibi detimenta expectanda essent. Inter eius familiares, nemo fuit, qui vere posset insigniter apud eū equaliter omnes amabat; & pro eo, quantum vnuſquisq; aptus esse cestimabat, atque vtebatur. qui plus forrasse posse videbatur, is nihil solebat alicuius gratia postulare; neque

omnino quidquam alia de caufa proponere; quam quod ita rectum esse iudicaret, & institutæ disciplinæ accommodatum. Ea maxime recusabat Carolus, quæ contra sacra decreta peterentur. timebat enim in administratione sua vniuersa vehementer, indulgentiæ genus eiusmodi: æ greque admodum committebat; vt quæpiam lege aliqua solueretur aliquando: cum ex diuturna experientia documentum caperet; si quid ex modica parte, vel specie sola relaxatum esset; quam facile tempore procedente, plena consequeretur dissolutio. quemadmodum aggeris sublatâ particula, sensim ea via facile tota vis erupit fluminis. Ea re siebat, vt interdum nonnullis videretur canonum sacra vincula constricta nimis habere. Sed ipse nullius gratiæ, potentissime addictus; & momenta rerum, ab eo quod in posterium euénire facile posset, & ad diuinam voluntatem diligenter perpendens, præscriptis suis religiosissime sibi hærendum statuebat. nam & simili constanza in ijs tenendis legibus vtebatur, quas semel sibi priuatim constituisset. longum esset enarrare, quanto ilius fuerit in proposito tenendo, decretisque tuendis accurata stabilitas. At in denegando, cum permagni intersit, qualem se quisque præbeat; multosque non tam recusatio ipsa perturbet, quam insuavis recusandi ratio: tam scite Carolus id facere, atque amabiliter solebat; vt non voluntatem, sed iustum causam, rationemve impedimentoo esse petentes agnoscerent. Roganti primariæ matronæ, in principio suæ administrationis, nondum constricta recentibus decretis disciplina; vt filiam liceret in conobio visere grauiter & grotantem; respondit Carolus, Breue tibi, inquit, hoc erit solarium; at tibi tanta nobilitate, atque auctoritate, si denegari patiaris; quod te vehementer

hementer rogo; mihi nunc claustrorum religiosas leges renouanti, magnum praesidium attuleres; vt tui exemplo proposito, ceteris me possim excusare. quibus verbis illa facile, placateque repulsam tulit. Si quid à Principibus viris ipse petere rogatus est; libenter, promptoque animo suscepit; modo gloriae Dei, hominumve saluti in eo posset inferuire. De magistratu obtinendo non rogabat, nisi recte; iureque peti cognosceret; plerumq; testimonium tantummodo dabat; hominem, quantum ipse nosset, aut à probis viris acceptisset, sibi idoneum videri: cui, si magis idoneus non occurseret, mandari posset. Narrabat in ipsis amplitudinis sue initij, aliquid rogantibus, quod à Pontifice concedendum esse non putabat; ita respondisse tamen semper; vt verba speciem promissionis, vt sit, præ se ferrent: mox id minus ingenuum, dolique genus quoddam cum existimatasset; eam consuetudinem tenuisse, vt si concedendum non arbitraretur, aperte proferret, saepe etiam moneret; vt à proposto petentes declinarent; immo facturum se denunciaret; quominus Pontifex aliorum precibus in eo ficeretur. Ita factum esse, vt qui iusta quererent, fidem promissis haberet; quod antea pauci faciebant: ceteri moniti ab incepta re desisterent: suum canonum tuendorum studium; libertatemque id recusandi, quod ab eis alienum videret; illustri declaravit exemplo, quod hoc loco subiiciebat opera pretium existimamus. Sebastiano Lusitanæ Rege absque filii mortuo, creatus est Rex Henricus S. R. E. Cardinalis eius patruus; quæ vehementer rogatum, regni optimates, Praesules, populiq; exorauerunt, vt vxorem vellet ducere: sperabant enim ex eo, quamvis ætate confecta, procreandum in imperio qui succederet. præter priuersi regni solatiū,

pietati, religionique valde consenta neum esse; discordijs, bellis, calamitatibus occurrere, quæ Henrico mortuo, nullo regiae domus reliquo successore, propemodum necesse erat existere. Henricus, vt Episcopus, religione solui, vxorisque ducendæ facultatem à Geegorio Pontifice sibi concedi, postulat. eodem tempore Mediolanum ad Carolum dat litteras: adductum se à Lusitanis suis, vt coniugio consentiret; quo tamquam unico remedio tranquillitati provinciarum posset consuli; graue admodum sibi esse, ducereque id cuiusdam loco sacrificij, in quo se ipsum pro suo rum salute immolare: sed publicæ quieti cedendum iudicasse. vehementerigitur rogare, vt quantum eniti posset, ad eam concessionem Pontificem perducere conaretur. idem viri principes alij maiorem in modum à Carolo postulant; negotiumque eius auctoritati commendant. Carolus amicissimi, optimisque Regis postulationi, non quod is velle videretur, sed quæ sanctæ Ecclesiæ putaret conducere, responderet: Magni quidem interesse videri; quærere Lusitanis, qui ei sine controversia legitime posset in regno succedere. led tali Antistiti potestatem facere coniugij, rem omnium videri grauissimam; neque ultimo umquam tempore concessam. Personæ Deo dicatae, in alio genere, factam quandoque dici potestatem nuptiarum: quod nullo tamen satis certi, probatique auctoris testimonio fere confirmaretur. omnino exoptatos eiusmodi nuptiarum, vel publicæ quietis, vel successionis evenitus minime contigisse. maximaq; etiaminde publice, ac priuatim extitisse incommoda; unde magna utilitas expectarentur. probandam magis, atque imitandam quonundam Regum continentiam; qui matrimonio coniuncti, cum recte, ac legitime filios possent suscipere: nulla ra-

Nn 4 men

men hæredis, successorisve habita ratione, singulari castimonię studio, tali matrimonij vſu abstinuerunt: quanto magis, qui cœlibem vitam profesi, sine singulari quadam venia ſe ad coniubium referre non pote rant. quę dixerat, exemplis allatis co firmiter. postremo in re tanta, tam que difficult, nihil ſe aliud probare posse dixit; quām, ut quibus de cauſis ea facultas postulanda videretur; ex eauffæ ſummo Pontifici candide, nullo que ſtudio referrentur. quod is pro ſumma auctoritate, diuinoque afflato iudicasset, ex quo animo, vo luntateque acciperetur. De re gra uiter ad Pontificem ſcripsit. quid ſibi maxime probaretur indicauit. e uentus qualis fuerit, ignorat nemo. Cum autem aliquid ſibi petendum, aut perſuadendum Carolus ſtatuiſſet, id faciebat vi quadam singulari, non is quidem contenta voce, vel corporis motu, neque dicendi facili tate, quę modica erat; ſed optimis argumentis, ijsque ita explicatis, vt ratione tantum, veritateque; non ſtudio, vel defiderio ſuo, nedum perturbatione duci ſatis intelligeretur. ne que vero ad reſpoſiones hæſirabat, aut reſpondentisasperitate, vel impunitate commonebatur: ſed tum acute, tum ſedate ſemper replicabat: vt plurimi prædicarent, inuictum ab illo abire poſſe neminem, quem vinci cere iſ ſtatuiſſet perſuadendo, ſicuti contra, a nemine illum vinei, fle ative poſſe, cum ita rectum eſſe, ani mo ſtatuiſſet.

**Monēdi oſſi ciū ut ex gali os ad buerit, ac in ſe tule.**

**CAP. XX.**

Monēdi oſſi ciū, quod amici, ehriftianique in primis animi eſt, ne gaſtioque verum magis, utile, vel neglectum; in quo publice opus eſſe co gnouit, aut priuatim, minime præ termisit. Episcopis, Cardinalibus, principibus viris, ſuis ipſis aduersarijs, in eo genere non defuit. quod quidem, cum non minus amanter, quā libere faceret; non potuit ei non

430 431

felicit, fructuoleq; ſi non ſtatiſ, at aliquando tamen, euenire. Vir am pliſſimus quidam quandoque fertur eiusmodi officium acerbe admodum tuliffe; qui diu post gratias egit, ma gnumque inde fructum percepiffe, Carolo ipſi modeſtissime teſtatus eſt. At ſe quoque mira modeſtia ipſe paſſus eſt ab alijs moneri, où opus fuīt: ſubmiſſeque vel ſuarum actionum rationem reddidit, vel fecit quod mo nebratur. neque ſolum erga viros atra te, atq; auctoritate graues ita ſe gef fit: ſed alios quoque monere auſos ſic prorsus audiuit, ut par omnino erat, ſi eos ille moniſſet. Fuere tam en, quibus videretur Carolus in modo publicæ, priuatæque discipli nae tenendo, non ſatis alienas quan doq; curaffe monitiones, qua de re commemoratum eſt ſupra. Verum, ſi quādo non obtemperauit, monitione nō nullo modo videtur contempſiſſe, ſed ita rectius. Deoque gratius, iudi caſſe, enim uero omnium ſequi conſilia, etiam ſi boni, prudentesque vi deantur; ſolidæ, præſtantisque virtutis non eſt. alijs alia proposita ſunt. quidam animi infirmitate male indi cant: multi mediocritate quadam con tenti, vitæ, morumque communem quendam modū minime tranſire titulent. pauci ad perfectæ virtutis præ ſtantiam incitati feruntur. horū omnium ſenſus, animusque, in firma fere necesse eſt vulgariaque conſilia pariāt. At præcipuis quibusdam diuinis ſpiritus donis, viri excellentes aſſeti, proprijsq; diuinitus illuſtrati lu minibus: quorum vita perpetuo quodam choro virtutum, ita ſibi eſt, ut cum alia recte procedant, alia nō claudicent; ij, inquam, neque com munib; conſiliorum terminis ſeſe continent; neque conſuetis virtutum gradibus conſiſtunt: ſed longius multo progrediuntur, atque eu uolant altius quotus enim quiſque eſt ex ſumbris, diuinisque viris, quoq; colit.